

dicitur, q̄ nulli Episcopo liceat cuiusvis  
 priuilegij prætextu Pontificalia in alterius  
 Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii loci ex-  
 pressa licentia. Verum est tamen quod vbi  
 Ordinarius requisitus, ter, à dictis Fratribus  
 cum debita reuerentia & instantia, recusarit  
 supradicta benedicere, & consecrare, sine le-  
 gitima causa, possunt Fratres dicto priuile-  
 gio vti, prout in dicto Concilio Lateranen-  
 si fuit ipsis ab eodem Leone. 10. concessum,  
 & habetur in eodem Supplemento. fol. 26.  
 Conces. 69. Quod quidem non intelligo  
 esse reuocatum per Concilium Triden. Licet  
 enim in ipso Concilio Trid. dicatur, nul-  
 lum Episcopum posse exercere Pontificalia  
 in aliena Diœcesi, prætextu cuiuscunq; pri-  
 uilegii, non tamen negat Concilium Epif-  
 copos ea efficere posse, prætextu iuris com-  
 munis. Ex iure autem. c. i. de Suplen. ne-  
 gligen. Prælat, constat Alexandrum ter-  
 tium statuisse, vti si Episcopus tertio cum hu-  
 militate, & deuotione. [sicut conuenit] re-  
 quisitus substitutos Abbates benedicere, re-  
 nuerit, eisdem Abbatibus liceat proprios  
 monachos benedicere, & alia quæ ad offici-  
 um huiusmodi pertinent, exercere, donec